



**Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de  
iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum  
exemptione ab ordinaria iurisdictione**

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium  
Declarationibus illustratus ; omnibus in iudicio Civili & foro Ecclesiastico  
versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore  
distinctus

**Chokier, Érasme de  
Coloniae Agrippinae, 1684**

33. Exempti an testes esse possint coram Ordinario.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61886](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61886)

gatus quo iuisset quidam homicida, respondit manus per manicas immitens, non transivisse illac, unde fit occasio huius questionis, an exemptus ab ordinario suo interrogatus, talis secundum suam mentem & non alterius intentione respondere possit. Certè, qui iubetur respondere seu jurare à iudice competente, servato juris ordine, citra perituum non aliter jurare potest, quam secundum mentem & intentionem eius cui iuramentum præstat, c. quacunque art. 22. q. 5. S. Thomas 2. 2. q. 8. art. 7. ad 4. Navarr. in Manuali. c. 12. n. 8. vers. nono. Verùm, si iudex exigens iuramentum non fuerit competens, vel esto quod sit competens, interrogat tamen contra iuris ordinem, seu non in forma iudicii. Tindarus tract. de testibus lib. 2. c. 1. nu. 7. glo. Athletas §. fin. ff. de falsis. Card. Toletus de instrum. Sacerdotis lib. 5. cap. 58. per tot. Navarrus in Manuali d. cap. 12. n. 88. vel est alius homo privatus, qui per metum aut importunitatem iuramentum extorquet, tunc jurare licebit id quod secundum jurantem mentem est verum, falsum autem secundum mentem alterius cui iuramentum præstat. cap. humana aures 22. quest. 5. ubi latè Navarr. in Manuali d. vers. nono. Item cap. 13. nu. 88. vers. Rogatus autem cap. 25. n. 43. vers. porro qui non tenetur. Ferrar. Cauela 3. Caroc. de jurament. l. i. decisio. questione 3. questione 4. nu. 2. fol. 206. vide. Alex. in l. servus nu. 1. ff. de iurejurand. Caroc. in d. tractatu q. 2. questione nonè nu. 8. vers. mutat. ubi dicit, quod huic doctrinæ adverteatur quoad forum contentiosum. Decian. in tract. crim. cap. 12. num. 23. tom. 2. & quod ita pejeranti minor fides adhibeatur. Idipsum Navarrus citatis locis excendit ad testes dicens, quod testes qui ad testificandum non coguntur, se excusare debeant, quorum excusationem si iudex non admittat, appellari debere: si verò appellatione non obstante timeant iudicis sævitiam seu executionem, eos posse deponere se nihil scire intelligendo intra se, quod dicere teneantur, Navarr. d. num. 43. In confirmationem prædictorum est, quod advert Ferrati cauela 3. potestatem qui iuravit servare statuta die festivo in honorem Dei contraveniendo non esse perjurum. Caroc. d. n. 2. Accedit, quod iuramentum ejusmodi iudiciale ne quidem subsistat in vim pacti. Alex. l. servus, n. 1. ff. de iurejur. Caroc. de juram. l. i. decisio q. 4. o. principali fol. 293. in fine. Insuper facti quod traditur apud Tindarus tract. de testib. lib. 2. c. 1. nu. 7. per glo. in l. Athletas §. fin. ff. de falsis, testem deponentem falsum in iudicio, non tamen in forma iudicii, non committere crimen falsi, neque de falso puniri posse.

---

Q U A S T I O XXXIII.

Exempti an testes esse possint coram ordinario.

**E** Dicitur de testibus est permissorium, omnes enim testes esse possunt, qui lege aut constitutione non prohibentur. d. 1. §. 1. ff. de testib. Nellus à S. Gemina. tract. de



de testibus num. 1. Cum itaque testimonii dictio exemptis prohibita esse non inveniatur, merito eos ad testimonium admittentis, nisi tamen exempti quibus & Clerici, quia tunc in eadem casibus poterunt testes esse, prohibebuntur que quibus & Clerici, quia qualitas illa potentior praeponderat & est magis attendenda, arg. l. quatuor ff. de statu hom. lausimè Farinacius tract. de testibus lib. 2. tit. 6. q. 61. n. 8. & seqq. ca. cum nuntius ubi Abb. Fel. Mysing. & DD. de testib. ca. in super eodem tit. Itaque animadvertendi sunt casus, quibus id Clericis seu in prophana coram Laico iudice, seu in criminali permittatur, quos Farinacius & Doctores jam allegati studiofissimè prosequuntur.

Q U A E S T I O XXXIV.

Exempti an ab ordinario cogi possint ad testimonium.

S U M M A R I U M.

- 1. Clerici, Canonici, monachi, à quibus ad testificandum compellantur.
- 2. Forenses & Exempti parificantur.
- 3. Testimonium Exempti coram ordinario ultrò praestitum subsistit.
- 4. Omissio licentia est levis solemnitas.

Clericus in testem coram iudice Saeculari productus, citari ad deponendum debet non auctoritate iudicis Saecularis, coram quo lis vertitur, sed Ecclesiastici, à quo cogetur ut testimonium coram se dicat, quod postea ad Saecularem iudicem remittet, aut coram Saeculari deponet, sed tamen cum licentia superioris seu Ecclesiastici iudicis. Abb. Fel. Mysing. & DD. cum nuntius de testibus Gaill. lib. 1. obs. 108. nu. 16. Farinacius laudat tract. de testib. lib. 2. tit. 6. q. 61. nu. 90. & seq. & nu. 97. glo. ca. fin. q. 2. ubi dicit, quod coram Episcopo, aut ab eo deputato, statuendum. 2. qu. 6. Spec. de test. §. sequitur vers. quid de Presbytero. Brixienfis in repet. verb. Clericus Guido sing. 67. & plene dec. 67. Id quod etiam militat in Monachis Canonici Regula-ribus, conversis, aliisque sub obedientia viventibus, qui simili auctoritate deponere, seu ad testimonium cogi non possunt, nisi auctoritate proprii superioris, Farinac. ubi supra nu. 134. Mysing. & DD. cum nuntius. Spec. de test. §. 1. num. 36. DD. cap. 1. de juram. calum. Id quod laudat est ad consentiendum (inquit Felinus) honorem Clericorum, ne Laicus seu alienus iudex videatur in eos auctoritate, Fel. d. cap. cum Nuntius n. 3. vers. quia prohibitio e. quanquam. Quod ipsum non sine evidenti ratione extendendum est ad exemptos, quippe quod in hac materia fori, Clerici & Exempti à pari cedant supra li. 1. q. 45. unde identitas hae rationis pro lege habenda est. I scire oportet, §. iussu ff. de excusat. sui. querere enim legem quando habemus rationem, nihil aliud est, inquit Rolandus à Valle, quam infirmitas intellectus, tract. de inventario par. 3. quest. omniendum num. 5. fol. 102. doctò laudatque Carocius sing. 263. Ac ita de Benedictinis scripsimus supra lib. 1. quest. 17. n. 8. Confirmatur, quia Exemptus & extraneus